



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-
phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De hominum caecitate Cap. 18

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

J.c.27. i. pri.
& J.c.31. §.6
S.c.15. §.26
S.c.15. §.8 &
J.c.29. in fi.
J.cap.18. §.1.
J.cap.18. §.5
S.eod. §.25
& J.c.27 §.12

mus, quia diabolus, qui iam (vt præmittitur) solutus est, & nos captiuos tenet, ob innumera flagitia nostra ex dei permissione abstulit nobis sanum intellectum, vt nesciamus quantum deum offendimus, & in qualibus periculis consistimus. Angelus certe bonus in nos effudit phialam, id est plagam, vt pote auifationem pœnæ ob nostrâ culpam inculcandâ. Qua quidem culpa excæcati sumus vsque adeo vt neq; nostra peccata ponderemus, neq; ab ea nobis paratam ceruamus pœnâ. Quam (prohdolor) permittente, imò iubente diuina iustitia, malignus spūs prope diem executioni mandabit in nos cæcitatem, malitiâq; perculosos. Quocirca primum referam aliqua de hominum cæcitate in genere, Deinde de culpa cleri, postea de culpa populi, tandem de futura plaga vtriusq;.

Apo. 16

De hominum cæcitate. Cap. XVIII.

A Vdi quid cœlestis aquila prædixit de hominū cæcitate in cauda præsentis quinti status inualescente: Et quintus angelus effudit phialam sũũ. i. plagam ignorantia, super sedē bestia, i. super multitudinem peruersæ Christianitatis. Nam ista angeli effusio est nostri excæcatio qua deus nos continue percutit. Et factum est regnum eiusdem bestia tenebrosum. Per regnam denotatur ecclesia militans, quæ modo est spelunca latronum, & constituitur ex quinq; virginibus fatuis, quæ acceptis lampadibus fidei, non sumpserūt secum oleum boni operis, ideo earum lampades extinguuntur, ex quarum fide nō lucet lux cœlestis, Fides em̄ sine operibus mortua est. Opera vero sunt inania sine fide, quæ est pupilla oculi spiritualis. Et si oculus tuus fuerit nequam, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Ista tenebrositas, id est ignorantia propria conditionis, seu cæcitas rationis, est vniciq; sui mali occasio, ideo plurimum expedit habere lumen fidei, ac rationis.

Apoc. 16

S.c.5. §.7 &
J.c.27. §.12.
in fi. & J.ca.
45. in princ.
J.ca.23. §.12.
S.c.15. §.43.
J.ca.27. §.13
J.ca.60. §.4
J.ca.27. §.13
J.ca.28. §.4
S.c.7. §.9 &
J.eod. §.15.
S.c.17. in fi.
& J.eod. §.6
J.ca.25. §.12
S.c.15. §.39
& J.eod. §.5
J.ca.44. §.8
S.c.17. §.19
& J.eo. §.14
& J.c.25 §.10
S.c.5. §.5
J.eo. §.5. &
J.ca.25. §.1.
J.ca.34. §.6.
J.eo. §.5

I § Hinc inebriati dicuntur qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Sicut em̄ ebrii sunt obtusi, ita qui terrenis inhaerent, excæcantur, vt nec deū diligant, nec homines reuereantur, nec pœnas timeant, excæcavit em̄ illos malitia eorū. Hi quoq; (inquit Esaias) præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntē deū, & ignoraerūt iudiciū. Opertū est em̄ euangeliū in his qui pereunt, in quibus deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, vt nō fulgeat illuminatio euāgelij gloria Christi, quia propria quærūt gloriā. Nam etsi cognouerint deū, tamen nō sicut deum glorificant, aut gratias agunt, sed euanescent in cogitationibus suis, & obscuratū est inspiens cor eorum, dicentes em̄ se esse sapientes, stulti facti sunt.

Th. 12. q. 1. 9
art. 3. 4. & 1.
di. 4. 1. q. 4. ar.
ti. 2. Mat. 21.
Mar. u. lu. 19
Matt. 25
Iacobi. 2
Luc. 11
Car. Se. c. 98

II § De quibus in Sophonia scriptū est: Tribulabo homines & ambulabūt vt cæci, quia domino peccauerunt. Et in Daniele: Impij agent impie, id est q; intelligent omnes impij. Et saluator vitari præcipit, dicens: Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum. Et alibi: Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Cum autem Iesus tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ impleteretur quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? Et brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcavit oculos eorum & indurauit cor eorum vt nō videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos.

Apo. 17
Esaiæ. 28
Sap. 2
2. Cor. 4
Roma. 1.
Sopho. 1.
Danie. 12
Mat. 15
Iohan. 12
Esaiæ. 53
Esaiæ. 6.

III § Contra eosdem inuehit propheta his verbis: Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Aduesperante enim die, vt pote in fine præsentis status ecclesie quinti, homines gradiūt in obscuro in notis tenebris & caligine. Iam equidē venit illa nox, de qua idem saluator ait: Venit nox quando nemo potest operari, in iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Postquam enim dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, i. in terrenorum cupiditatem. Filius namq; hominis veniens, non inuenit fidem in terra.

Psal. 68
Pro. 7
Iohan. 9
Ioh. 18
Luc. 18
S.c. 7. §. 9
& J.c. 66 § 4
J.ca. 52. §. 4.
S.c. 3. §. 8
& J.c. 20 § 4

S.c. 4. i. pri.
& S.c. 14 § 15
S.c. 15. §. 27
& J.c. 55. §. 6
S.c. 7. §. 6.
& J.c. 19. §. 5
Augul. 4. de
tri. in proce.
J.ca. 26. §. 5.

III § Quippe hominū genus magni æstimare solet scientiam terrestriū & cœlestiū, vias syderū, ac mūdi mœnia scrutādo, nostrâq; imbecillitatē minime attendēdo. Ignoramus autē scientiam & viā qua ingredit ad salutē, vt pote nosse nosmetipsos. Et nihil ex charitate addiscimus, qua doctrina corā nobismetipsis vilescit



vilesceremus veritasq; edificaret. Nā eo iā deūctum est, vt nō existiment sapiētes, nisi q; mercenariū faciūt studiū sapiētiae. Propterea nō esse philosophādū p̄dicāt, q; philosophis nulla merces, nulla sint p̄mia cōstituta. Tota studiosorū vita est vel in quāstu, vel in ambitioe posita, ideo veritatis cognitionē propter se nō amplectūtur, pauci sunt q; bonas faciūt vias suas & studia sua. Prohdolor dulcius sapit nobis foetor mūdi pessimus, q̄ odor dei suauissimus, q̄ homo trāsit sine memoria, & prouidētia, sicut vir vagus, respiciēs p̄sentia & nō attendēs futura.

V § Porro omēs sumus excaecati tā docti q̄ indocti, tam maiores q̄ minores, nō cognoscētes tempus visitationis nostrae, in quo visitabit nos deus maledictione sua. Imd̄ in dies magis induramur: Quocirca dñs ad Esaiā: Vade & dices populo huic, audite audientes & nolite intelligere, & videte visionē & nolite cognoscere, excaeca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur, donec desolētur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine & terra derelinquat deserta, & longe faciet dñs hoīes. Illis quidē deus dedit spiritū compunctionis, oculos vt nō videāt, & aures vt nō audiāt vsq; in hodiernū diē. Vnde apud Cath. Senē, deus exponit, qualiter hodie memoria, intellectus & vōluntas puricatorū sint obcaecata, atq; ex amore inordinato mortuā. Sic & moderni doctores, elatione mētis, & immūditia cordis pplexi, sacra paginā à spiritu sancto satis illuminatā, ad suū conatū retorquēt, ac in tenebris eo interpretātur quo possint suo elegātī scripto seu subtili disputatiōe alios quasi vicisse gloriari.

VI § Ascendit insuper fumus putei, sicut fumus fornacis magnae, & obscuratus ē sol, & aer de fumo putei. Per solē verus intelligit de⁹ & hō Ch̄s, cuius splēdor atq; calor totū mundū illuminat, fouetq;. Per puteum intelligit p̄ctm̄ mortale, quod aperit puteum infernalem. Fumus vero secundum Vbertinum est om̄ne extrinsecum malum opus, seu signum procedens de cordiali flamma luxuriā, auaritiā, superbiā, inuidiā, irā, caeterarumq; malarum cupiditatum. Et de quāto maiori vel peiori flamma huiusmodi fumus exit, tanto spissior est, & eo plus obscurat radios fidei & religionis Christianae, quo minus verus sol Iesus Christus, & sancta iustitia perspici vel lucere possit in cordibus hominum, impediēte scilicet obscura & foetida nube prauī operis, & mali exempli. Quoniā repleti sunt, qui obscurati sunt, terrae domibus iniquitatum. Ioachim igitur gratias referebat deo, qui dignatus esset eum superioribus creare temporibus, vt praeueniret, atq; nō inspiceret tam iniquam per ipsum praeuisam hominū peruersitatem, pronosticans, quod hoc tēpore quinti & sexti status, pauci homines absq; caecitate essent permansuri. Tamen si idem Ioachim de huiusmodi nostro per eum praeuiso malo, ingēti afflictus fuerit cōpassione.

VII § Ad p̄missa applicatur Elogium istud: Et similitudines locustarum similes equis paratis ad praelium, & super capita eorum tanquam coronae similes auro, & facies earum sicut facies hominum, &c. Vbertinus vno modo exponit, per locustas ad praelium paratas, significari doctores peruersos & pertinaces, sibi ipsi proprijsq; ingenijs blandientes, qui in quinto ecclesiae statu insurrexerūt & pro sua caecitate defendenda, ac errore propagādo, auiosi sunt vsq; ad mortē. Hoc verificatum est in secta viclefistarum, cuius dogmata sunt Papam reliquis Episcopis non esse superiorem, purgatoriū ignem non reperiri, ideo vanum esse orare pro defunctis: Mendicantiū religiones à dæmonibus esse inuentas: cōfessionem auricularem non necessariam, sed sufficere quēq; sua peccata in cubili secrete cōfiteri deo, cemyterioꝝ inanem vsū, in canonicis horis tēpora frustra conteri, sub vtraq; specie cōmunionē requiri, vna cum alijs pluribus sophismatibus. Quae pleriq; scholastici, dialecticis garrulitatibus oblectātes, & peregrinas opiniones amantes, sequuti sunt. Huc quidam inducūt Iohannem Hufs, & Hieronymum Pragensē. Qui (vt fertur) asseuerauerunt vniuersalem ecclesiam, nō in Roma vel Papa, sed in praeuicacitate vniuersitate cōsistere, nec nō posse saluari Christifideles etiam qui non subessent collectioni Romanae. Ob huiuscemodi doctrinas (quibus forte à Roma tolleretur locus & gens sua) in concilio Constantiēsi,

3. Birgit. 11.
Hier. 7
Lucæ. 19
Esaia. 6.
Roma. 11
Psal. 134.
Ca. Sen. c. 31
Cath. Sen. c. 124. in fi.
Apoc. 9.
Cath. Sen. c. 110
Alia expositio.
Psal. 73.
Ioachim. in li. de flore.
Apoc. 9.
Alia expō.
Viclefistarū secta.
Astipulatur his moderna Lutheri dogmata
12. d. c. 1 & se 3. q. 6. dandū

J. ca. 21. §. 4. in fi.
J. c. 34. §. 8
S. c. 12. §. 4.
& J. eo. §. 10
& 11. & J. ca. 37. §. 10
S. eo. §. 2. &
J. eo. §. 9. &
J. c. 23. §. 3.
S. c. 17. in fi.
J. c. 42. §. 3
S. c. 18. §. 7.
S. eo. §. 1. &
J. eo. §. 9. 12.
J. eo. §. 8
S. ca. 11. §. 5.
& J. c. 19. §. 5
J. ca. 25. §. 13.
S. c. 14. §. 15
S. eo. §. 1. &
J. eo. §. 9. &
J. ca. 21. §. 7.
J. c. 21. §. 9
S. c. 17. i. pr.
J. in cōc. §. 2
J. c. 23. §. 7
J. ca. 25. §. 13. in prin.
J. c. 42. §. 5
S. c. 9. §. 5
S. ca. 15. §. 9.
J. eo. §. 8
S. ca. 17. §. 1.
& S. c. 15. §.
34. & J. c. 42
§. 6. & J. ca. 43. in prin.

J.c.19. §.3 stantienſi, rupto ſaluo conductu, ambo exuſti ſunt. An hæc vel alia eorū dogmata fuerint nouæ vanitatis, an euāgelicæ antiquitatis, neſcio. Ego nō iudico quenq̄, & J.c.15. §.33 hoc certum habeo, eos ſua ſponte tam forti animo ſupplicium incendiij ſubiſſe, & J.c.22. §.7 vt nemo philoſophorū in ſuſtentanda morte ſuperauerit illoſ.

VIII § Sequitur in Apoc. de hæreticis, q̄ habebāt capillos ſicut mulierū. Hic denotat prauitas hæreticæ longinquitatis, qm̄ mulierū capilli ſunt lōgiuſculi. De ſignat etiam effœminata vitæ relaxatio, quā hæretici ſuis credulis cōcedunt. Et dentes eorū ſicut dentes leonū. Per hoſ ſignificat eorū fera crudelitas, qua cū ſuis documētis ſanctā dilacerant eccleſiā, ac occaſionē dederūt, vt multi catholici in terris eccleſiæ ſint trucidati. Stella p̄terea caſus de cœlo in terrā, habentis clauem putei abyſſi, ipſamq̄ abyſſum aperientis, eſt quorundā doctōrū affectus in terrenas cupiditates, in ſcientiā inſtātē, in peregrinas opiniones, & in diuerſas ſectas, ſchiſmata in eccleſia excitantes, qui acceperunt clauem, i. ingenij ſubtilitatē, qua aperiunt, i. extollūt, doctrinā Ariſtoteliſ, Auerroiſ, ac aliorū gentiliū ſcribarū, ad excogitandum profundā, & voragiноſa dogmata, obſcurantia ſolem ſapientiæ Chriſtianiæ, & euāgelicæ vitæ, ac puræ aerem religioſi ſtatus ſuis faſtuofiſ verbis, acutiſq̄ diſputationibus, ac ſophiſticis garrulitatibus maculātia. Modo equi dē cernimus omnia fere Germaniæ gymnāſia, vbi olim theologica tradebat doctrina, poeticiſ figmētis, vanis nugis, ac fabularū portētis eſſe impleta. Vbi eſt literatus: vbi legis verba ponderans: vbi eſt doctor paruuloſ: videbis populū alti ſermonis, ita vt non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapientia. Atqui prædicatores concionarij ſtudent, non ſyncero affectu, ſed gratia propriæ laudis, vt verbis ornatis & politis aures auditorū demulcēt. Meliores autem ſunt ſermones veriores q̄ diſertiores. De talibus doctoribus deſertis inquit ſaluator: Inuanum me colunt, docētēs doctrinas & præcepta hominum: relinquentes em̄ mandata dei, tenentis traditiones hominum.

IX § Dictos inſuper & ſimiles errores ſophiſticos, poeticasq̄ nugas circa finem quinti ſtatus futuros, apoſtolus per ſpiritum ſanctum videtur præſenſiſſe, ſcribens: Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſubtilitate ſermonum. Et in fra: Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam ſecundū traditionem hominum. Nemo vos ſeducat ambulans fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Nam animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, quiſ em̄, ſ. carnis, cognouit ſenſum domini. Modernis autem temporibus in academijs publicis ſcientia dumtaxat mundana inualuit, ſcientia dei non eſt in terra. Sacrarum literarum doctrina vbiq̄ prorfus periit, doctores ſcientia inflati doctent ſuum chere, circumferuntur omni vento doctrinæ. Sicut gentes ambulat in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, propter cæcitatē cordis ipſorum. Cæci ſpeculatores educunt diſcipulos cæcos, in viam quam neſciunt, ponunt tenebras in lucem, & praua in recta, & nox nocti indicat ſcientiam. Et ſic vbiq̄ ſuos ſeducunt auditores. Si em̄ cæcus cæco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt. Maledictus autem qui errare facit cæcum.

X § Quippe gymnāſia publica olim inſtituta ſunt ad docendū moralem & ſpeculatiuā theologiā, nunc aut in eis more gentiliū olet mūdialis philoſophia dialecticæq̄ tendicula ſeu phāſmata. Olim in Italia, hodie etiā in Alemania (vt dixi) ſoli incūbitur arti poeticæ, vbi plurimum eſt ſuperuacue vanitatis, & noxię curioſitatis, vbi feſtinatio nugacitatis obſcurat bona. Pauci ingenioſi pollēt vera prudētia, quæ ad æternā ducit beatitudinē. At vbiq̄ inueſtigatur ſcientia, quæ inflat, & ars quæritur glorioſa, atq̄ vana potius q̄ ſapientia virtuoſa, & doctrina ſana, contra canonum diſpoſitionē, & diuinā prohibitionem, dicente propheta: Iuxta vias gentium nolite diſcere, quia leges populorum vanæ ſunt.

XI § Id cognoscens diabolus, velut inſidioſiſſimus hoſtis, literas ſacras nobis illudit atque perdit, ſcripturam ſacram peruertit, vel ad minus corrumpit. Inſtantem ſcientiā, & vanam matheſim in eccleſia ampliare nititur, dum poeticas nugas, paganicaſq̄ dogmata publice in ſcholis legi, ac in eccleſiis prædicari facit. Nam hodie doctrina ſcholæſtica docet linguam ſuā loqui mendacium,

19. di. eiuro
& i plu. locis
Ioh. 11.
Ioh. 8
Apo. 9

Ibidem

37. di. c. nō-
ne.

Eſaiæ. 33.

Ca. Sc. c. 161
Di. 38. ſed ſo

Mar. 7
E. ca. 14. §. 7
& J. c. 39. §. 1

Coloſſ. 2

1. Coſ. 2

J. ca. 27. §. 2
Perſius.
Ephe. 4.
Eſaiæ. 47
Pſal. 18
Mar. 15
Deut. 27

Sap. 4

Diſ. 37. pto.
Hierē. 10

Hierē. 9



Amos. 5. quod execratur dñs in Propheta dicens: Aufer à me tumultu carminu tuorū, & cā-
 tica lyra tua nō audiā. Sed moderni scholastici doctrinā Aristotelis, aliorūq; gē-
 tilium, incōuenientius p̄ religiosos manifeste tradendam in culmine cathedrae
 proponūt. Pagani aut̄ normā euāgelicā destruere querūt, ideo diabolus instigat
 & inuoluit doctrinā Christianorū paganis autoritatibus fulciri, ac principijs fi-
 dei dogmata gētiliū cōmisceri, vt tādē veritas euāgelica p̄ sophisticos dolosē
 medio iussletur. Quamuis sophistae iactāt se euāgelii defendere, tñ eorū dogma-
 ta tendūt ad eius destructionē. Sicut em̄ olim pōtiffices, scribae & pharisaei iacta-
 uerūt se legē defendere, q̄ crucifigi curarūt ip̄m legis impletorē, sic hodie mundo
 sapiētes asserūt se suis argumentationibus fidei veritatē defendere medullā vero
 euāgelij, & p̄fectionē legis Christianae pueris doctrinis, & sophisticis sylogis-
 mis, cruce affigūt: Sic fatētur se nosse deū, factis aut̄ negāt.

XII § Eatamen quae iam emēdationis gratia adduxi nō ita crude quis in-
 telligat, quasi omnem theologicam, vel sophisticā disputationem eliminare coner-
 Ab sit enim vt carpam diuorum doctorum Augustini contra idololatriam de ci-
 uitate dei, item Thomae, Bonauenturae, Scoti, aliorumq; quorumlibet disputa-
 tiones, quibus fidei principia per philosophicas subtilitates eousq; sunt fulcra,
 quo minus haeretici, schismatici, caeteriq; infideles quippiā, quod cōtradictionē
 aut impossibilitatem innuat, integritati fidei catholice obijcere queant. Sed sup-
 uacaneis argumentationibus incumbi, & Christifideles in salutis necessarijs ne-
 gliigi, omni reprehensione dignum noscitur. Quemadmodum his tēporibus fa-
 stuosi contionatores in cœtu simplicium altas quæstiones mouēt, diuidūt, diffi-
 niunt, pro & contra argumentātur, vt difficile sit auditores à synceritate fidei in
 ambiguitates nō induci. Quidam fidei, aut informationi fidelium conferūt certa-
 mina Thomistarū, & Scotistarū, modernorum & antiquorū, innumeris quæstio-
 nibus inter se seruide digladiantium. E quibus vna acerrima est disputatio de im-
 maculata conceptione virginis Mariae, quae diuino testimonio, & angelica salu-
 tatione esse plena comprobatur omni gratia: quia ipsa beata virgo nullo temporis
 puncto carere debuit, & per cōsequens in suae animae infusione p̄seruata fuit
 à labe originali, alioquin tempore non esset plena gratiae, neq; maior Iohāne Ba-
 ptista, qui ab originali labe, in vtero matris surrexit.

XIII § Alia insup infinita & superstitiosa dubia in scholis & cathedris mo-
 uentur, An eadē materia sit omnium corruptibilium seu incorruptibilium, An formalis
 non realis, habeatur distinctio in diuinis, aut in aliquibus creatis, An charitas, cae-
 teriq; habitus in sui intensione habeant latitudinis partes, An charitas realiter di-
 stinguat̄ à gratia, An in beatis lumen gloriae sit ponendum, An partes imaginis
 distinguant̄ realiter in anima, & ab ipsa sint diuersae, & sic de alijs innumerabili-
 bus supfluitatibus, vbi nodus quærit̄ in scirpo. In quibus vere totus studioe decur-
 sus inutiliter & vane cōsumitur. Quo fit, vt pauci textui Bibliæ, ceu doctrinae cer-
 tae & fundamento stabili & veritati inconcussae incumbant, sed plures in fabulo
 dogmata construunt mox ruinosae, nec nō fructu neglecto folia carpūt & cor-
 tice disputationis contentiosae detēti, medullam diuinæ sapientiae in sacra & au-
 tentica scriptura, vltro se offerētem p̄transunt. Nō attendunt istā legalem Au-
 gustini sententiā dicentis: Ego solis eis libris: qui canonici appellantur, hūc ho-
 norem deferre didici, vt nullum scriptorem eorum errasse firmissime credam, cae-
 teros autem, quantalibet doctrina sanctitateq; polleant, nō ideo verū esse credo,
 quia illi sic senserūt, &c.

XIII § De illis deniq; vanis dogmatibus apostolus inquit: Erit em̄ tem-
 pus cum sanam doctrinam non sustinebūt. Item in nouissimis diebus, vt pote in
 quinto & sexto ecclesiae statu, instabunt tempora periculosa, & erūt homines se-
 ipsos amantes, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegā-
 tes. Quia vero tempore Pauli erant pseudoapostoli, ideo subdit. Et hos .i. eorū
 similes deuita, ex his enim sunt qui penetrant domos & captiuas ducunt mulie-
 res oneratas peccatis, qui seducuntur varijs desiderijs, semper discentes, & nunq̄
 ad scientiam veritatis peruenientes. Qui cum incumbunt studio vano, per spiri-
 tum san-

Aug. ad Hie-
 rony.
 Tho. 1. pt. q.
 1. ar. 8. ad ter-
 tium.
 2. Timo. 4. 3

J. ca. 22. §. 5.
 §. eo. §. 4. &
 J. eo. §. 13. &
 J. c. 42. §. 3.
 J. eo. §. 14.
 §. c. 17. §. 20
 & J. c. 42. §. 5
 J. c. 26. §. 4.
 J. c. 39. §. 1
 §. eo. §. 5. &
 §. c. 12. §. 7.
 & J. eo. §. 13.
 Tho. 1. pt. q.
 93. pto. & 1.
 dist. 3. pto.
 §. c. 14. §. 7.
 §. eo. §. 11
 §. c. 16. §. 3.
 & J. c. 35. §. 4
 §. eo. §. 12 &
 J. eo. §. 14. &
 J. c. 32. §. 12
 §. eo. §. 13 &
 J. c. 45. §. 2
 §. eo. §. 1. &
 J. c. 23. §. 1
 §. eo. §. 11
 §. c. 15. §. 46

tum sanctū nō illuminatur ad veritatem. Ergo sequitur eorum impugnatō ve-
ritatis, dum Apostolus subdit: Quemadmodum Iannes & Mambres qui fue-
runt magi Pharaonis, resistēterunt Moysi, ita & isti scilicet mundani sapiētes re-
sistūt veritati, homines corrupti mēte, reprobi circa fidē, sed ultra nō proficient,
insipiētia eōz manifesta erit omnibus scilicet veritatem inuestigātibus. Præ-
dictam corrupēdā scripturā libidinē, à doctōribus scholasticis vītatā iā fer-
me trecētis vel pluribus annis, quibus hactenus quintus status durauit, patitur ec-
clesia, suo damno incōparabili.

XV § Rursus illi peruersi doctores sunt mixti, ac etiam magni Antichristi
præcursores. Idem nāq; apostolus inquit: Antichristi aduētus erit secūdum ope-
rationem Satanæ in signis mendacibus & in omni seductione iniquitatis his qui
pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperūt, vt salui fierent: ideo mit-
tet illis deus operationem erroris, vt credāt mendacio, vt iudicētur omnes qui nō
crediderunt veritati, sed consenserūt iniquitati. De eisdem inquā Christus apud
Birgittam ait: Nunc acquirūt sapiētiā mūdi, sapiētiā autem meam fatuita-
tem esse dicūt. mādata mea sunt eis onerosa, & exemplū difficile ad imitandum:
talē est nūc maledictus eōz clamor in auribus meis. Beata quoq; Maria ad Chri-
stum dominum nostrum loquitur talia: Homo si vellet, facile intelligeret ex tem-
porali iustitia, quæ punit excessus hominum, qualiter immortalis iustitia punit
animas immortales. Sed quia oculos flectit ad mūdum, & affectū flectit ad dele-
ctationes carnales: ideo sicut bubo sequit noctē & fugit diē, ita homo sequit bo-
na fugitiua, oditq; permāsura.

XVI § Hinc saluator ita dicit: Hoc est autem iudicium, quia lux venit in
mūdū, & dilexerūt homines magis tenebras quā lucē, erant eū mala eorum
opera: omnis autem qui male agit, odit lucem, & nō venit ad lucem vt nō arguā-
tur opera eius. Et infra: Qui autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux
huius mūdi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.
Sed hodie homo, cui datum est sursum respicere, quasi brutum ad inferiora incli-
natur, & quasi araneorum texit telam. Idcirco sicut gramen ad modicum tempus
floreit, sed quasi scenum cito cadet. Nam licet altissimus os homini sublimē dederit,
cælūq; videre: tamen cū homo in honore esset, nō intellexit, ideo cōparat iu-
mentis insipientibus, & similis factus est illis. Ergo ecclesia in suis membris peri-
clitatur, ruinamq; minatur.

¶ De indispositione Romanæ curiæ. Cap. XIX.

Militanti itaq; ecclesiæ imminet plaga diuinæ iræ cum ob clemētiorum,
tum etiā ob laicōz cæcitatem & malitiā. De qua nōnullas ex diuersis
autorib; reprehēiones excerpti, quas syncera fide honoꝝ zelo sub-
inforo: quoniam non est tacendum super iniquitate Babylonis: Ne-
minem tamē speciali nota carpere intēdo. Incipio itaq; à Romana ecclesia, quæ
est caput ac mater & magistra omniū aliāz ecclesiāz.

I § Sicut eū Petrus fuit principalis apostolorum, ita ecclesia, ipsi nomine
consecrata, prima est & caput cæteraz, maxime occidentaliū: voce quippe sal-
uatoris dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam,
ipse à domino nuncupatus Petrus, comprobatur esse primus lapis supra petram
ecclesiæ positus, fratres etiam suos imbecilles confirmaturus: Qui & primum ty-
pice populo Christiano, claudō ex matris suæ vtero, pedes curat, vt iam consoli-
datus possit supra petrā, id est, Christum stare, securusq; in nauicula Petri, id est,
in ecclesia incedere. Hinc Petri successor primatū obtinuit ex plurimū cōcilioꝝ
decretis. Et sicut Romanus imperator est caput mūdi seculare, sic Romanus pō-
stifex censetur caput omnium ecclesiarum. Dignitate igitur & autoritate est pri-
ma apostoli Petri sedes Romana ecclesia, non habens maculam, neque rugam,
neq; aliquid eiusmodi. Extra quam solus non habetur: quoniam præ cæteris ob-
tinere debet zelum Christianæ religionis: siquidem à recta fide, & à tramite apo-
stolicæ traditionis, per dei gratiā, nūquam errasse probatur, nec hæreticis noui-
tatibus deprauanda succubuit. Gerson Parisiensis narrat, quando status papalis
à Christo

2. Timo. 3
Exodi. 7. 8.

2. Thess. 2

Bir. ext. 83

6. Birgit. 48

Iohan. 3.

Iohan. 11

6. Bir. 45

Ouidius
Psal. 78.

Hiere. 50

Dist. 11. c. vi.

Bodoricus

Zōno spec.

quā vi. li. 2. c

1. di. 12. c. 1. 3

q. 6. dudum

Matt. 6

Dist. 21. quīs

Matth. 3. &

Iohan. 1.

Luc. 22

Acto. 3

Dist. 96. Cō

stantinus.

24. q. 1. qa &

c. qcūq; & c

officij. & c. à

recta fide cū

capitul. seq.

et. eo. §. 8. &
c. 15. §. 47
c. 14. §. 14
c. 19. §. 14.

et. c. 17. §. 14
c. 19. §. 2

et. c. 15. §. 14.
eo. §. 1. &
c. 14. §. 7.

et. c. 14. §. 15.
& c. 26. in
prin.

et. ca. 23. §. 15.
in fi. & c. ca.
26. §. 11

et. c. 43. §. 6
c. 39. §. 7

et. c. 29. §. 15.
in fi.

et. ca. 19. §. 1.
& c. eod. §. 3

et. c. 20. §. 1

et. ca. 8. §. 2.
& c. eo. §. 11.
in fi.

et. c. 45. §. 7.